

1. De Conditione. Pr. Mylius.
2. De Novellarum glosatarum et non glosatarum auctoritate juris.
3. De Literis incarcerationis patentibus, five arrestatoris, vulgo *Hand-Schiffen*. Pr. Fiedoldt.
4. De Sepultura et Sepulchris, occasione L. 13. C. d. Reliq. Pr. Bohn.
5. Schwanmanni Tract. de Jure detractionis et Emigrationis. it. de Censu.
6. De exheredatione liberorum sine Parentum Consensu sponsalia nuptiasve contrahentium. Pr. Tribner.
7. De anno Juridico. Pr. Mylius.
8. De origine Juris Saxonici. Pr. Schreiter.
9. De Abusu mercaturae. Pr. Engelbert, de Burg.
10. De Vrest. An denth Spectra, Magi, et Sages. Pr. Romanus.
11. De Praescriptione Incorporalium. Pr. Schwendendorfer.
12. De Jure Hospitii Mercatorum. Pr. Moebius.
13. De actione fidei jussoris adversus debitorem antequam solvit. occasione L. 38. D. r. f. Mandatis. Pr. Thomafius.
14. De Hypotheca Legali in fodiis et partibus metallicis Pr. Horn.
15. De rebus infundari et subinfundari solitis. Pr. Gm. Anon.
16. De recognitione Documentorum. Pr. Philippo.
17. De Stylo Curiae. Pr. Frötter.
18. De Arborce spalo Molinario Pr. Biler.
19. De Carceribus. Pr. Faldm.
20. De Juramento actus puberum confirmante. Pr. Wildvogel.
21. Occasione L. X. C. qui testam. fac. post. An Justinian. Imp. recte usurpaverit titulos Germanici et Allemannici, ubi simul nova derivatio vocis Germanorum proponit et deducit. Pr. Bruckberg.
22. De Fatalibus. Pr. Lyncker.
23. De Successionibus ab intestato. Pr. Zuster.

32. 57. 38

33

COELESTI SOSPITANTE NUTU,
INDULTU ATQVE AUTHORITATE

Illustris in inclyta Salana Academia
ſctorum Ordinis,

SUB PRÆSIDIO

DN. HENRICI BALTHAS.

Roth/ J.U.D. Confiliar. Saxonici & Schwarz-
burgici, Curia Provincialis, Scabinatus & Facultatis Ju-
ridicæ Assessoris Gravissimi, Pand. P.P. Celeberrimi,

*Dn. Mæcenatis, Promotoris ac Patroni jugi-
ter devenerandi,*

SPECIMEN HOC ACADEMICUM

De

COMMERCIIS
INSTITORIIS

vulgò

Factorey oder Commission-Handlungen/

placide Doctorum disquisitioni

ad diem XIII. Maji Ann. clō Ioc LXXXII.

submitit

HENRICUS STORCK, Hamb.

A U T O R.

J E N Æ,

Literis N I S I A N I S.

33.



DOMINO PARENTI SUO

PIE COLENDO

JUSTO REINHART. STORCK.

Specimen hoc Academicum

offert

filius obsequio devinctus

HENRICUS STORCK.

HENRICUS STORCK, Hamb.

LEIPZIG
DIEBIS NISIANIS





Σὺ τῷ Θεῷ καλῶ.

Hominem esse ζῶον πολιτικὸν i. e. animal aptum natum ad societatem, non tantum testantur (1.) Philosophi Arist. 1. pol. 2. & 3. pol. 4. quem secuti Althusius 1. polit. 1. pr. Henning. Arnifæus lib. 1. polit. 2. (2.) Oratores. Cicero pluribus in locis lib. 1. offic. 1. p. m. II. verb. Eademque natura vi rationis hominem consiliat homini & ad orationis & vite societatem &c. ut & in Lælio p. m. 229. in fin. verb. Ita natos esse nos ut inter omnes esset societas quædam: ac etiam lib. 4. de fin. A quo haud longe abit Seneca lib. 1. c. 3. de Clementia: ubi hominem in mutuum adjutorium generatum contendit & sociale eundem animal appellat. (3.) Ipsi I Cti l. 3. de Just. & J. l. 2. de Leg. & l. 7. ff. de serv. export. (4) Sacer codex Gen. 1. v. 28. & c. 2. v. 18. it. Eccles. 4. v. 9. Verum etiam ipsa natura & sana ratio; Nam notum, rebus omnibus inditam quandam esse se mutuo consociandi cupiditatem, illa autem mutua consociatio haud commodè ac ne quidem consistere possit absque societate,
A 2
quia

quia alias oritur solitudo & vita solitaria, quàm tamen fugiendam & socium studii quærendum esse, natura dicitur, ideoque etiam ipsa in primævo statu non unum sed duo subjecta produxit, & eo ipso hæc ad societatem instruxit, ut invicem congregarentur & societate mutua gauderent; Hinc Magnif. Dn. Johannes Schilterus Consil. Aulicus Saxo Jenens. in *manuductione morali ad veram Philosophiam* cap. 1. §. 13. p. 18. perapre hac de re disserit, dicendo: *Hic Deum colere, honeste vivere, suum cuique tribuere, neque ledendo auferre, non modo inculcatur in universum, sed & per singulas officiorum partes explicatur, quid ex istis consociationum generibus homo & D. O. M. debeat, quid sibi ipsi &c.* cont. id. c. 3. §. 6. Ad eam itaque societatem civiliter colendam non parum facit indigentia mutui auxilii, quo diversarum rerum, actionum, operarum commercio atque communicatione obtineatur id, quod ad vitam felicem omnium & singulorum sufficere videtur: Hinc jam varia illa rerum negotia ac commercia, alia enim maritima, alia terrestria, quæ singula, si quis diversis in locis expedienda subeat, nemo facile solus exercere potest, ideoque in ejus vicem substituuntur institores vulgo *Factorum* / quorum ductu omnia nomine ejus peragun-

guntur. De horum commerciis, jure ac potestate mihi impræsentiarum hunc discursum *ad suam* elaborandum ac publice defendendum sumpsi. Priusquam autem rem ipsam aggrediar, veneror ante omnia Numen coeleste, ut huic meo proposito secundam benedictionis suæ auram adspiret, quò & hoc specimen incipere recte & perficere dextre valeam.

§. I.

Quantam utilitatem ac jucunditatem præstent commercia, non tam literarum monumenta vetera testantur, quàm hodierna satis monstrat experientia: Nihil enim æque frequens ac magis conveniens generi humano existere valet quàm usus commerciorum, quoniam quibus Respublica indiget, non omnia domi nascuntur, sed è longinquo ex multis & variis terrarum locis importantur, emendo vendendoque quibus illa abundat, exportantur, ut ita civitas pecuniis ditetur, stabilior reddatur eoque melius humana sustentetur vita *arg. l. 2. ff. de Nundin.* confer. Joh. Marquard. Eques ac Senator Reipub. Lubec. Primarius, *tract. de Jure Mercator. lib. 1. c. 2. & 3. per tot.* Hinc ad quæstionem, Num commercia in Republica sint toleranda? non potest non affirmando responderi, propter jam laudatam utilitatem civium, quam nimirum omnis bona Respublica pro fine habet aut habere debet, ideoque non rejicienda sed magis magisque suscipienda ac promovenda est. vid. Marquard. *lib. 1. c. 31. p. m. 25.* Idque etiam affirmat ac probat ex jure Gentium, Civili ac Canonico Sigismund. Scaccia Jct. Roman. *tract. de Commerc. & Camb. §. 1. quæst. 1. n. 66. cum seq.* Qui insuper

discordantium argumenta adducit, eaque refutat n. 39.
cum seq.

§. II.

Dicitur autem Commercium à com & mercor quasi
mercium commutatio, hinc mercatura it. mercatio l. 1. §.
4. C. de latin. libert. tollend. aliàs vocatur mercimonium,
ac promercium l. 4. §. 2. de penu legata l. 3. C. de Commercis
& Merc. l. 2. §. 1. C. de Episcop. & Cleric. l. 1. C. de natur. li-
ber. it. negotiatio l. 65. de legat. 3. à nonnullis compendi-
um i. e. lucrum, hinc græcis dicitur ἐμπόλημα it. ἐμπορία ab
ἐμπορεύω mercor vel ab ἐμπορῶ uti Matth. 13. v. 45. Est-
que nihil aliud, quam emendi, vendendique invicem jus
Ulpian. tit. 19. §. 5. Beneven. Strach. tract. de mercat. p. 1.
num. 94.

§. III.

Patet autem interdum commercium latè l. 1. §. 1. C.
C. de commerc. & mercat. interdum strictè, quod iterum
accipitur vel improprie, sic dicimus commercium habere
cum liberalibus artibus; vel proprie, quod sc. per crebras
actiones spectat ad indigentiam humanæ vitæ ac societa-
tis civilis sustentationem. Quod à nonnullis dividitur in
illicitum & licitum; Illicitum potius rejiciendum, quam
negotiationis sive commercii nomine dignum esse, infi-
cias ire non possum. Licitum subdividitur in terrestre &
maritimum alias nauticum, quo merces variæ in Republ.
per naves importantur, ac ita per mare hinc inde transve-
huntur. Ad terrestre pertinet onorarium vulgo vectura,
quæ est portatio ipsarum mercium, qua per terram res
transportantur plaustris vel jumentis, unde aurigæ porta-
tores vocantur; ut & institorium sive institura, quæ nihil
aliud est strictè ita dicta, quam negotiatio questuaria, ac ad-

mini-

ministratio omnium rerum terrestrium mandato Domini præpositarum, ad emendum vendendum aliosque contractus ac actiones peragendas, certa mercede conducta.

§. IV.

Institura quibusdam dicitur ab insistendo sive instando, negotiis sc. agendis & urgendis: Germ. eine Kramerey oder Trödeley. Aliis *Institoria*, quæ tum ab Aristotele negotiatio domestica, quasi statuaria, mercatura, vocatur, referente Marquardo *de Jur. Merc. l. 1. c. 8. n. 14. p. m. 64.* Recte quoque *Factoria* *Factorey* ea appellari potest, à faciendo scil. quatenus illud effectum juris post se relinquit, ac omnem omnino faciendi causam complectitur dandi nimirum, solvendi, numerandi &c. *l. 218. de V. S.* Quamvis Calvinus in *Lexic. Jurid.* verbum *Factoris*, hinc tum etiam *Factoriam*, à latinitatis Professoribus nondum receptum esse confiteatur, nihilominus tamen propter usum hodiernum hoc verbum amplector cum aliis. Differt tamen à negotiorum gestione, quia in hac aliquis negotium alterius absque mandato suscipit; *Factoria* autem semper mandatum præ se fert. De aliis differentiis infra suo loco tractabitur.

§. V.

Dicitur in definitione (1.) *Negotiatio*, quia inter Dominum principalem, & illum, qui rebus istis præpositus est, consensus de omni negotio pro certa mercede ipsi expediendo intercedit, mediante quo contractus quidam etiam inter illos celebratur. Differt vero negotiatio à mercatura ut latius & angustius. Vid. Spigelius in *Lex. Jurid. verb. Mercat. & Negotiat.* Sigism. Scaccia *tract. de com. merc. §. 1. quest. 1. n. 10.* Calvinus autem in *Lex. Jur. verb. Merc.* hæc duo sequentem in modum distinguere conatur;

Dum

dum mercaturam olim dictam putat banc, quæ ab iis tantum exerceri poterat, qui Roma domicilium habebant, interdum tamen exportandarum vel importandarum mercium causa in provincia ad aliquod tempus excurrebant: Negotiationem però cives quosdam Romanos habuisse contendit, qui sc. in provinciis sedem fortunarum suarum constituerant, sic ut raro in urbem, nec ferme nisi censendi causa, redirent, quales erant aratores, pecuarii, argentarii; Add. Cardinal. Tusch, pract. conclus. Jurid. concl. 209. p. 399.

§. VI.

Dicitur (2.) *Quæstuaria*: Sciendum autem triplicem dari negotiationem notante cit. Scaccia de *Commerc.* §. 1. *quest. 7. part. 2. ampliat. 11. n. 7.* (α) *Oeconomicam*, quæ suscipitur ob sustentationem sui & familiæ suæ, prout necessitas postulaverit. (β) *Politicam*, quæ fit ob publicam utilitatem, quando sc. publicis necessitatibus succurritur, & hæc civitatum gubernatoribus, ac ita etiam nobilibus, Principibusque præprimis competit. (γ) *Lucrativam* sive *quæstuariam*, qua quis aliquid emit, ut illud postea carius vendat: & illa hoc loco consideranda venit. Dicitur autem *quæstuaria*, quia lucrum ex opera alicujus sc. emptione, venditione, locatione conductione &c. descendit l. 7. §. 8. ff. *pro socio*. Hinc differt *Factoria* à *procuratore*, quia in hac ex sui natura negotium suscipitur non quæstus faciendi, sed agendi, pertractandi & procurandi causa, conf. cit. Card. Tusch. *pract. conclus. 224. p. m. 308.* Cæterum ei, quod dixi, *Factores* & *Institores* præponi negotiationi solum *quæstuarie* non obstat, quod ait Imperator in l. 1. C. *de institut. & exerc. act.* tales præponi officio vel negotiationi: nec enim putandum Imperat. quemvis officialem ibi intelligere, sed officium hic sic accipere debemus,
ex

quo dicitur officina: nec enim ut bene ait Pacius *ad d. l. i. C. de exerc. act.* quodlibet officium pertinet ad institoriam actionem, cum & Consulibus, Prætoris & aliorum Magistratum officium dicatur: ita ut sensus *d. l. i. C. de instit. act.* sit, servum præpositum fuisse sive tabernæ sive cuilibet negotiationi, conf. *l. 3. l. 5. ff. de inst. act.* Dico notanter *cuilibet*, generaliter enim vocabulum negotiationis hic sumendum, quarum varia genera esse constat; sic etiam institor Apothecæ dicitur apud Bald. *cons. 50. vol. 2.* & Alvar. Valasc. *consult. 45. n. 4.* nec quoque interest, præpositus sit negotiationi certo loco, an simpliciter & sine loci assignatione: *l. Institor. 18. ff. d. t.* Potest enim accidere, ut qui tabernæ præpositi sunt, ad honestas homines adferant merces, easque ibi, i. e. extra tabernam, vendant; quo casu non minus Dominus & præpositor obligatur, nec idcirco, quod extra tabernam vendantur merces quicquam contra legem præpositionis factum dici potest, cum, ut Paulus ait *in l. Cum interdum. ff. de Instit. act.* causam actionis non mutet locus vendendi emendique. Illud quoque hic addendum, negotiationem, de qua agimus, intelligi in merce dominica, non in merce peculiari, in hac *causa* nec institoria, sed tributoria competit *actio*, nec quoque in hac in solidum poterit conveniri Dominus. *Vid. l. sed si pupillus. 11. §. penult. ff. de inst. act.*

§. VII.

Dicitur (3.) *Administratio*, quia est cura ac sollicitudo earum rerum, quibus quis est præpositus; nam administratio est gubernatio rerum tutelâ ac curâ *arg. l. 5. C. de Magistr. conven. l. 11. C. arb. tut.* Varia autem est administratio; Alia ecclesiastica, hinc administratores piarum actionum *l. 46. §. 3. C. de Episc. & Cleric.* it: qui of-

B

ficio

ecio ecclesiastico funguntur, ut Episcopi, Superintendentes, Pastores &c. vocantur administratores rerum Ecclesiasticarum, non nunquam etiam inspectores ecclesiarum, de quibus satis superque Canonistarum pagellas perlustrare licet. Alia est Civilis, quæ iterum est vel publica; quando rerum publicarum, sive ad civitatem pertinentium, cura alicui offertur, ut Magistratui & administratoribus Civitatis. *L. 12. C. de transact. arg. rubr. ff. & C. de admin. rerum ad Civit. pertinent. Lib: 11.* (eorum officium in quo consistat, consule Eckold. *ad ff. d. t. §. 1.*) Vel privata, quando quis subit officium privatas res peragendi, sic negotiorum gestores, mandatores, Procuratores, de quibus omnibus passim *ff. & C. d. t.* videre est: institores de quibus hic. Vid. bene Dn. Maurit. *Consil. Cbilos. 27. in Respons. Nicolai ibi addito. n. 1. p. 395.*

§. VIII.

Dicitur (4.) *Omnium rerum terrestrium.* Rerum qualitates, & varias earum significationes, & divisiones & subdivisiones examinare impræsentiarum mei non est instituti, sed tantum tangam, quæ huc pertinent: Res verò nonnunquam significat negotium, ut apud Paulum *L. 38. §. 5. ff. de pæn.* nonnunquam etiam utilitatem ac emolumentum, hinc actio de in rem verso *Rubr. & tit. ff. de in rem vers.* it: fidejussor in rem suam dicitur, ad quem emolumentum negotii perventurum est *L. 8. §. 1. ff. quib. satisd. cog.* sic etiam procurator in rem suam, qui alienas actiones suo commodo exercet. *L. 41. de re jud.* Hic autem accipiuntur res, quatenus ex illis lucrum ac commodum venire potest, uno verbo merces, & sic omnes res mobiles, quæ specialiter non prohibita commercium exercendi causa, nomine rerum hic veniunt *L. 34. §. 1. de contr. empt.* De quibus.

quibus tamen tanquam objecto paulo post pluribus; conf-
dicta *supr.* §. 6.

§. IX.

Dicitur (§.) *Mandato Domini prepositorum.* Man-
datum varie à Doctoribus dividitur Vid. *Exerc. ad ff. No-*
biliss. Dn. Danielis Büttneri quondam Professoris jurispl.
Erfurti jam vero ordin. Hamburgi Dn. Patroni ac Fautoris
mei diu devenerandi, sub nomine Wulff Brocktorff. edit.
Exerc. 3. 16. 112. Nos autem dividimus mandatum hic
cum Amadeo Eckolto *Comment. ad ff. tit. Mand. in late,*
stricte, & strictius sic dictum. Late sive generaliter signi-
ficat, quando alicui personæ gerendū aliquid aut exequen-
dum committitur, *Vertraulich einem etwas befehlen*
und auflegen. Hoc autem fit duplici modo, vel à perso-
na publica, vel privata. Priori casu mandata recte vo-
cantur edicta ac præcepta Magistratum, quæ sunt neces-
sitaris, hinc dicimus mandare *gebieten* / & sic accipitur *in*
tit. C. 5. Novell. de mand. Princip. Posteriori vero dicun-
tur vulgo mandata Commissiones, quæ cum late pateant,
multa comprehendunt, & ita accipitur hic, sic mandato
Domini i. e. Commissione Domini, hocque denotat for-
male hujus commercii institorii, *nam nullus institor exi-*
stere potest absque mandato Domini, alias esset negotio-
rum gestio, qua quis negotia tam absentis quam præsentis
sine mandato gerenda suscipit §. 1. Inst. de Obl. que qf. ex
contr. nasc. add. Magnif. Dn. Georg. Adam Struv. Illustris.
Regim. Saxo-Jenens. Præsidis Splendidiss. Syntagm. Juris
Civil. Exerc. 7. 16. 46. De duabus vero posterioribus spe-
ciebus, quomodo nimirum stricte & strictius sumatur,
Vide sis relat. Eckold. d. 1.

B:

§. X.

Dixi §. *preced.* Institorem mandato Domini præpo-
 ni, & differre à negotiorum gestore proprie sic dicto. Cui
 tamen contradicere videtur Ulpian. in *L. 1. ff. de inst. act.*
 ubi dari hinc negotiorum gestorum actionem tradit: at
 constat hanc non competere, si præcedat mandatum, sed
 actionem mandati: *L. ex mandato. 20. §. 1. ff. Mand.* Cumque
 institutor nemo sit, qui non est præpositus, ut ex *supra dictis*
 & §. *eadem ratione. vers. ideo autem. Inst. quod cum eo qui in*
alien. potestate est. patet, præpositio autem sine mandato
 esse nequeat; quid ergo hinc cū negotiorū gest: actione? Sed
 Respond. Fieri posse, ut nullo mandato meo præcedente,
 aliquis rem meam gerens institorem præposuerit, & ego
 præpositionem illam ratam habeam (Vid. *L. sed & si. 7. pr.*
ff. de exerc. act.) quo casu, cum mandati actio cesset, neces-
 saria erit hæc negotiorum gestorum actio. Porro etiam
 procedit, quod ait de negotiorum gestorum actione,
 Ictus *d. l. 1.* eo casu, cum quis quidem institorem præpo-
 suit certæ negotiationi, sed ille mandati fines excessit, po-
 stea tamen præponens ratihabuit: ratihabitionem enim
 non mandati, sed negotiorum gestorum actionem parere
 constat ex *L. 6. §. sed si ego. & seqq. L. Pomponius. 9. ff. de ne-*
got. gest. Hoc mandatum, quo mediante constituitur in-
 stitor, interdum, si persona Institoris est filiusfamilias aut
 servus, appellatur iustus. Faciunt enim Doctores hanc
 inter iustum & mandatum accuratè ita dictum, differen-
 tiam, ut mandatum sit, quod datur liberis hominibus, qui
 in potestate nostra non sunt; iusto autem cadat in existentes
 in potestate nostra filiosfam. vel servos Vid. *l. 1. ff. de instit.*
act. junct. l. 29. de R. J. add. l. 5. §. 2. de in rem vers. junct. l.
7. §. 11 ff. ad Sct. Maced. quare Pater Dominusve iis, quos in
 potestate habet, mandans, iussisse intelligitur *l. 1. §. 3. quod*
iusti

jussu; & Pater jubens pro mandatore habetur l. 91. §. 5. ff. de V. Obl. conf. l. 1. pr. §. 4. l. 22. §. 11. mand. l. 19. §. 2. de negot. gest. l. 159. l. 166. §. 1. l. 169. ff. de V. S. l. 2. §. 27. ff. ad Sct. Trebell. §. 4. Inst. de Attil. tut. jussum tamen ad mandatum referri potest, quòd, ubi de ejusmodi personis, quibus juberi potest, sermo incidit, promiscue solent jussus & mandati usurpari vocabula. Vid. l. 25. pr. §. 1. seqq. l. 26. ff. de A. vel A. H. l. 15. §. 1. ff. de fidej. l. penult. C. si quis alteri vel sibi. l. 7. C. ad Sct. Maced.

§. XI.

Dicitur (6.) *ad emendum, vendendum aut alios contractus peragendos.* Quod de emptione venditione dicitur, fit exempli loco, ceu de potiori, quare non exclusos volui reliquos quoque contractus, præprimis autem si jus Romanum nostrum respicimus, sumptum vocabulum. Institoris multa comprehendit commissa negotia: sic huc pertinere, quando ædificii aut Insulæ custodiæ quis præponitur, dicitur in l. 1. §. 1. ff. de inst. act. add. l. fin. ff. de Off. præf. vigil. l. 16. §. 1. ff. de usu & habit. l. 15. §. 2. de instruct. vel instrument. leg. Erat autem Insula ædificium aliquod à reliquis domibus legitimo spacio, nempe $2\frac{1}{2}$ pedum, mercium præprimis importandarum exportandarumque causa, sejunctum Vid. l. 3. §. 2. de off. præf. Vigil. l. 14. ff. de S. P. U. Cujac. 2. obs. 14. quibus ea ædificia, quæ hodie apud nostrates dicuntur *Packhäuser* / similia esse conjicit Goëddæus ad l. 59. n. 4. Alii insulæ appellationem latius extendunt Vid. Gothofred. ad l. 58. ff. locat. conduct. conf. Magnif. Dn. Struv. exerc. 20. tb. 32. Cæterum plures alios contractus quod attinet. Vid. de talibus DD. communit. ad Tit. ff. de instit. act. §. tit. C. de exerc. §. inst. act. acinter eos Meyer. Colleg. Argent. d. t. ff. lb. 4.

Dicitur tandem (7) *certa mercede conducta*. Ex quibus patet ad quemnam contractum referendus proprie is, qui hic intercedit inter Dominum negotiationis & factorem; nempe ad locationem conductionem. Conf. bene. §. 13. *Inst. Mand.* Facit quod Ulpianus in *l. 1. §. 18. ff. de exerc. act.* scribit, ibi: *Sed aut ex locato cum magistro si mercede operam ei exhibet.* Add. *L. 11. §. 8. & l. 12. ff. de inst. act.* Cæterum constat, locationem duplicem esse, aliam rerum tam corporalium quam incorporalium §. 1. *Inst. de usu & habit. l. 12. §. 2. & l. 38. de usufr.* ut & mobilium ac immobilium *l. 48. §. 1. locat. conduct.* quarum usum ad certum tempus concedi potest *l. 9. §. 1. d. 1.* De qua verò locatione nobis impræsentiarum non est sermo. Aliam factorum sive operarum, quando facta vel operæ præstantur pro certa mercede: conf. Bernhard. Suthold. *dissert. 15. tb. 35.* illa autem facta vel sunt simplicia, quæ nimirum non requirunt singularem diligentiam, ut servum manumittere, vel sunt quæ singulari opera expediuntur, eaque aut mercenaria, cujusmodi facta dicuntur locari solita, conf. *l. 5. §. 2. de præsc. verb. &* pro iis certa merces est constituta, quæ regulariter in pecunia numerata consistere debet: *l. 1. §. 9. deposit.* aut in non mercenaria opera consistunt, & vocantur non locari solita, quæ ob dignitatem mercedem non recipiunt, ut docere, procurare &c. sed pro iis salarium vel honorarium solvitur. conf. *l. 1. §. 10. & l. 12. de præsc. verb.* add. laud. Dn. Struv. *d. l. exerc. 24. tb. 4. n. 2.* Ad illud meo quidem iudicio referri potest Factoria, quia Factor sive institor principali Domino operas suas huic vel illi rei præstandas pro certa mercede locat, veluti pro hac vel illa summa numeratæ pecuniæ, quæ in foro

foro mercatorum vocatur provisio, die provision Gelder.
 Sed dicas in locatione conductione præstatur culpa levis
 non levissima: *l. 5. §. 2. commod.* In Factoria autem minima
 negligentia ac culpa levissima. Respond. hoc verum esse,
 quod levis culpa præstetur tantum in locatione conductione
 sc. regulariter, ac præprimis in locatione rerum, non
 autem quando aliter sit conventum *l. 13. §. 5. l. 9. §. 2. locat.*
 nec in locatione operarum: Jam autem in factoria præ-
 sumitur ita esse conventum, ut factor exactissimam dili-
 gentiam rebus istis præpositis adhibeat; nam in expediendis
 iis, quæ ad alios spectant, & expedienda suscepimus, om-
 nem culpam videmur in nos recepisse *l. 21. C. Mand. §. 1.*
Inst. de Obl. qua qf. ex contr. nasc. imò quilibet in præstan-
 da opera, quam locavit, regulariter diligentiam summam
 tenetur adhibere *l. 25. §. 7. ff. locat. conf. Laud. Dn. Struv.*
exerc. 24. tb. 14. §. 20.

§. XIII.

Non tamen nego, etiã alium quam contractum loca-
 tionis conductionis inter Dominum & Factorem celebra-
 ri posse: quotidiana namque docet experientia etiam hoc
 agi nonnunquam inter Dominum negotiationis & Insti-
 torem, ut hic de lucro certam habeat portionem, quo ca-
 su potius societatem subesse puto quàm locationem con-
 ductionem, cum hæc m. recte contrahatur ita, ut alter
 merces suppeditet, aut pecuniam mercibus emendis, alter
 verò solas operas factorias præstet *arg. §. 1. Inst. de societ. l. 7.*
l. 52. §. 3. 4. l. 11. ff. pro socio. l. 1. C. eod. nec interest an partes
lucris sint æquales an inæquales: d. tt. junct. §. 2. Inst. de societ.
l. 29. §. 1. pro socio. Quamvis enim hic factor non suo, sed
 præponentis merce, nec suo sed alieno præprimis nomine
 nego-

negotietur, nec in domini communionem, quod ad merces attinet, advocetur, sufficit tamen, actum esse inter partes de lucris & similibus accessionibus in commune redigendis. Vid. l. 52. §. 2. *pro soc. l. 13. §. 1. de P. V.* Frantzk. *tit. pro socio. n. 45.* & facile cognosci potest; an societas an locatio subsit, si de animo contrahentium satis & aperte constet l. 32. ff. *pro socio l. 44. eod. junct. l. 13. pr. de P. V.* ut si dictum in scriptura contractum continente, Haben beede Theile zusammen sich einer solchen Societät verglichen/ und Titius des Seji Commission-Handelung zu M. zu führen/ dermassen über sich genommen/ daßer &c. Quamvis enim aliquod negotium commode ad unum alterumque contractum referri possit, potius tamen talis censetur initus, quem nominarunt partes expressè. Andr. Tiraquel. Lumen olim apud Gallos, *de retract. Lignag. §. 30. num. 7. §. 8.* ibique relati: B. Dn. Richt. *vol. 2. conf. 107. n. 5.* Ex dictis patet satis, quænam sit *Causa Efficiens* hujus, quod inter Dominum & factorem sive institorem agitur, negotii principalis, præprimis hodie apud nos, ubi liberorum hominum utimur ministerio, nempe consensus Domini, ut hic administret negotiationem; & factoris, administrationem negotii, cui præponitur, suscipientis, secundum leges & pacta adjecta sive præscripta.

§. XIV.

Hiscæ ita positis investigabimus quoque hujus contractus Objectum, & sunt res omnes ad mercandum aptæ, & quæ specialiter non prohibentur, ut supra traditum, & uno verbo vocantur merces, quæcunque igitur nomine mercis non veniunt, illa ad hujus objectum, pro ut nos consideramus Factores & Institores, referri nequeunt; nam merx est objectum mercaturæ, & quod non spectat ad mercatu-

caturam, illud neque ad hunc contractum, quia hæc factoria dependet à mercatura: Hinc Q. An pecunia adæquatam objectum hujus contractus esse possit? Et Neg. quia non spectat ad objectum mercaturæ, nam in emptione venditione merx & pretium esse debet *L. 1. ff. de contr. empt.* Wesenb. *in parat. d. t. n. 4.* quod si vero pecunia venderetur, quid merx, quodve pretium sit, non posset discerni: præterea pecunia medium est, quo aliæ res conquiruntur, absurdum autem esset dicere medium acquisitionis rem ipsam acquirendam esse. Vid. Donell. *ad rubr. C. de rescind. vend. part. 1. c. 3. n. 15.* Sed dicas: Quod Salomon Rex argento negotiatus fuerit *1. Reg. 10. v. 22.* & argentum vendi posse testetur *L. 12. §. 3. C. de Cobortal. Princ. lib. 12.* Resp. Disting. inter argentum ad huc rude, & ad certam monetæ speciem redactum, de illo nullum est dubium posse venire in negotiationem, (sic in nonnullis Recess. Circular. leguntur hæc verba: *Nach dem der Silberkauff gestiegen*) non vero de hoc. Nec quoque huc proprie pertinent, quando agris colendis & similibus quis præficiatur. vid. late Dn. Maurit. *Cons. 27. num. 3. & num. 46.* Multo minus ad objectum hoc pertinent res sacræ, sanctæ, & religiosæ, imo nec esculenta, poculenta & arma ad hostes deferenda: item non venena mala, nec aliæ plures res, quæ & quatenus tales commercio eximuntur. Plura desiderantes de hoc objecto, remissos volo ad eos, qui de mercaturæ objecto latius scripserunt, præprimis Marquard. *d. l.* & alios ab eo citatos *lib. 2. c. 1. per tot.* ubi agit de mercibus in genere.

§. XV.

Ita paucis de Objecto: progredimur itaque ad hujus contractus Subjectum; & vocantur Institores vulgo Factores

G

res



res. Mævius ad Jus Lubec. l. 3. tit. 6. art. 5. n. 11. it. juxta alios
 actores **Laden- und Gewerbsdiener / Kauffgesel-**
len. Et à quibusdam **Krämer /** ut putat Oldendorp.
el. 5. act. 5. in pr. Benev. Strach. de merc. p. 1. n. 4. & seqq. it.
Buchhalter / Besold. t. bes. pract. voc. Factor. Olim officina-
 tores dictos observat Cujacius in *π. C. de inst. act.* Hi
 omnes tamen inter se maxime differunt, qualem differen-
 tiam nobis etiam præbet Henr. Hahn. *ad Wesenb. tit. de*
inst. act. qui distinguit institorem in talem univer-
 saliter sic dictum & stricte acceptum. Ad primum
 membrum refert Factores, qui cum generali mandato
 negotiationi quæstuariæ sive *Banco* vel *Cassa*, ut loquuntur,
 est præpositus, qui secundum tradita à Meyer. *Coll. Arg. tit.*
de act. instit. n. 1. dicuntur **Gaden oder Gewerbs- Ver-**
walter. ad alterum membrum, refert juvenes, **die Kauff-**
gesellen / Ladendiener & alios ejusdem fortis: Qui au-
 tem libris Mercatorum est præpositus, vulgo ein **Buch-**
halter / eum recte numerari posse inter instito-
 res vel Factores, non puto, ratio est, quia Institor negotia-
 tionis alicui sc. emendi vendendi &c. est præpositus arg. *l. 18.*
ff. de inst. act. Is autem, quem jam usitato vocabulo **Buch-**
halter nominavi, tantum conthorio, librisque in eo re-
 pertis est præpositus, ut de iis quotannis rationem ducat,
 ac saldo, ut loquuntur Mercatores, faciat, **die Rechnung**
saldo machen und das was restiret wieder übertragen:
 Potius igitur hic *scribe* nomine venit, quarum personarum
 operâ ipsi sæpe utuntur Institores.

§. XVI.

Quamvis autem institoria & exercitoria actio in
 multis convenientiam habeant, & compareantur *L. 4. C.*
de exerc. & L. ult. §. fin. ff. de exerc. act. L. 7. §. 1. L. habebat.

17. §. fin. ff. de inst. act. sicque talis convenientia non possit non esse etiam inter personas & subjecta. Attamen longe quoque differt Institor ab Exercitore; idque non solum nomine, ut patet; nam exercitor denominatur ab eo, qui præponit nempe Magistrum, Institor autem qui præponitur scil. negotiationi: Verum etiam causa: Cum exercitor, ad quem scil. omnes obventiones & reditus ex navi perveniunt, ipse ut Dominus Magistrum præponat, ac per eum navem exercent, non terrestrem negotiationem. Institor vero præponitur terrestri negotiationi ad emendas & vendendas merces. De his & aliis differentiis videri potest J. Pacius ad Cod. tit. de exerc. & inst. act. ad rubr. n. 12. De differentia inter institorem & procuratorem Vid. quoque apud Anton. Fab. rational. ad L. 1. & L. 5. ff. de inst. act.

§. XVII.

Possunt autem esse Factores & Institores omnes ii, qui operas suas locare possunt, aut societatem inire, ut ex supra dictis patet, & quidem si legum textus inspiciamus, ex iis elucescet, nihil interesse an feminæ an masculi ita præponantur negotiationi: L. 7. §. 1. ff. de inst. action. liberi an servi, iique vel proprii vel alieni: d. l. 7. §. 1. & si liber homo est, an extraneus sit an libertus præponentis L. ult. ff. eod. filiusfam. an paterfam. t. t. ff. & Cod. de instit. act. passim. Imo & pupillum pupillamque præponi posse, testes sunt Ulpianus in L. sed & si quis. 7. & Cajus in l. 8. ff. de instit. action. Quamvis enim pupillus, præprimis absque tutoris auctoritate ita præpositus ab aliis Institor, non possit obligari præponenti, quia ex nullo contractu obligatur pupillus absque tutoris auctoritate l. obligari. 9. ff. de autb. tutor. quoniam tamen hoc ipsum non nescivit, vel nescire non

debit Dominus, (quippe qui haud debet esse ignarus conditionis ejus, cum quo contrahit,) & nihilominus eum præposuit, hinc recte dicit Jctus *in d. l. 7. §. 2.* quod hoc sibi imputare debeat præponens: nec damnum proinde ullum sentire videtur, quod sua culpa sentit. *L. quod quis. 203. de R. J.* Sed quid de Nobilibus dicendum? Putant communiter Nobiles per se Institores esse non posse. *Limn. ad Jus Publ. c. 5. n. 72. & in addit. ad n. 70. § 77.* nisi negotiatio sit maxime ampla, splendida, & ad reipubl. bonum specialiter ac insigniter faciens, ita ut institoria ista procuratio instar sit publici cujusdam egregii muneris.

§. XVIII.

Inter institores autem & Dominos negotiationum est relatio quædam, cum Institor sit Domini institor, hinc ordo postulat, ut etiam de his agamus. Possunt autem tales esse, & factores constituere omnes, qui negotiationem exercent, vel exercere possunt, quique valide inire gerereque possunt illos contractus, qui intercedunt inter Dominum & Factorem, de quibus jam supra egimus. Nec & hic quicquam refert, an Dominus præponens sit masculus, an foemina, ita enim notanter Ulpian. *in l. 7. §. 1. de instit. act. Parvi refert, ait, an sit institor masculus an foemina; item, quisquis præposuit.* Quod ipsum etiam scribit circa exercitorem, nihil sc. referre, quis navem exerceat præponatque magistrum, an masculus an foemina: in hoc enim conveniunt, & sicut exercitor præponit Magistrum navis, ita & Dominus vel Domina Factorem, quanquam inter præpositos Institores & Magistros diversum sit in eo, ut institores possint esse & mulieres & impuberes juxt. dicta §. *preced.* Magistri autem ad regendam navem præpositi non æque. *Vid. Ant. Fab. Ration. ad L. sed*

sed etsi. 7. §. 1. ff. de inst. act. Non obstat, quod contra verecundiam ac pudicitiam huic sexui convenientem esse videatur, quod mulier navem exerceat, aut institoris officio fungatur, virilibusque officiis sese immisceat: *l. 1. §. secundo loco. ff. de postul. L. famina. 3. de R. J. l. f. §. f. ad L. Jul. de annon.* non enim æstimandum est, impediri mulieres verecundiæ & pudicitia rationibus, ne ullis negotiis se immisceant, multa enim sunt, quæ nec verecundiam nec pudicitia famam lædunt, quibus se immiscere, nec ideo prohibentur, quo etiam pertinere negotiationem exercere, dicti textus evincunt: Negandum igitur, in se hoc esse virile officium, ita ut excludantur planè famina; facit optimè textus in *L. Etsi à muliere. 4. C. de exerc. & instit. act.* ubi mulier præposuit Magistrum, & dicitur dari exercitoriam ad similitudinem institoria actionis. Id saltè adhuc dubiū movere videtur, quod hîc, tum in exercitoria tum institoria, is qui præposuit teneatur ex cōtractib. alienis, nempe præpositi Factoris aut Magistri; Mulier autem non possit alienam in se suscipere obligationem propter *SCt. Vellejanum. l. 1. l. 2. & passim. t. t. ff. ut & C. ad SCt. Vellej. junct. l. 1. & passim ff. de instit. act. §. 2. Inst. quod cum eo.* Verùm, nec hoc sententiæ nostræ obstabit: cū enim mulier exactu sui institoris commoda sentiat, non potest non juris & æquitatis rationi esse consentaneum, ut quoque obire incommoda huc pertinentia, & quæ illa sequuntur onera, sentire & pati debeat, quod est argumentum ipsius JC. in *l. 1. ff. de inst. act.* Et licet hic prima facie mulier alienæ se obligationi inseruisse videatur, revera tamen & juris effectum proprium negotium gessisse intelligitur, cum in rem & nomine ipsius, tam ab institore negotiatio tractetur ac continuetur, quàm cum eodem

cuncta agantur: & mulier SCti auxilio haud iuvatur iis in casibus, quando vel intercessio non in periculum rei familiaris vel depauperationem, (vid. l. 1. §. 1. l. 21. pr. ff. ad SCt. Vell.) sed in effectu in utilitatem & commodum mulieris, quo & referenda damni evitatio, pertinet l. 3. l. 8. ff. § l. 2. C. d. t. Novell. 134. c. 8. aut quando foemina ipsa fecit obligationem, suumque gessit negotium l. 8. l. 27. §. 2. l. 22. ff. l. 4. l. 6. l. 22. C. d. t. Benè igitur ad supra relatam l. 4. C. de exerc. § inst. act. ait Pacius. *Etiamsi ab alio, Institore sc. contrabatur, tamen res ad mulierem pertinet; mulier autem non obstante Vellejano potest aliena obligationi accedere, adeoque § fidejubere, vel alio modo intervenire, si in rem suam id faciat. L. aliquando. 13. pr. L. si pro aliquo. 21. pr. L. si Domina. 25. L. bona fide. 27. §. ult. ff. ad SCt. Velleja.*

§. XIX.

Porro nihil interest, an talis præponens Dominus negotiationis sit major an minor XXV. ann. in tantum ut etiam pupillus possit præponere, ita tamen, ut, si id faciat tutoris autoritate, obligetur, sin minus, non obligetur *L. verum si ipse. 9. ff. de instit. action.* Quamvis enim si pupillus institorem præposuerit sine tutoris autoritate, ex hujus contractibus lucrum & commodum sentire possit, cum nihil vetet, pupillum quoque sine tutoris autoritate sibi acquirere: ipse tamen obligari non potest, *L. obligari. 9. de auth. tut.* sicque cum effectu nec institorem præponere, quoniam qui præponit ad hoc se obligat, ut institoria conveniri quandoque ex Institoris actibus possit: Quæ tamen cum grano salis intelligenda sunt: Plane, si extra tutoris autoritatem pupillus præposuisset, & ex actu Institoris locupletior factus esset, eatenus etiam obligatio, qua-

quasi ex ipsa re, censetur nasci, darique actio in eum debet, ut ait Cajus in *L. eatenus. 10. ff. de inst. action. ne scil. ex aliena jactura efficiatur locupletior contra juris rationem. L. jure natura. 206. de R. J. l. naturaliter. 13. §. f. & l. seq. de cond. indeb. & simil. lxx. quod idem etiam in exercitoria obtinere constat ex *l. i. §. parvi autem refert. fin. ff. de exerc. action.**

§. XX.

Sed quid juris in seq. casu? Tutor pupilli (quippe qui loco Domini esse censetur) Institorem & Factorem præposuit non adeo diligentem forsan, vel quodammodo imperitum, ex cujus culpa sentit in nonnullis incommodum pupillus, qua ratione postea major factus, convenit tutorem: Hic excipiendo dicit, se ex necessitate illum præposuisse, cum aliàs negotiatio plane otiosa sterisset, quod cum maximo damno rerum pupilli factum fuisset, nec etiam copiam adesse semper ejusmodi hominum, qui Institorum & Factorum loco esse possint. Regerit alter, hæc esse facti & probanda præprimis eo casu, quo habitasset in loco & civitate insignis mercaturæ, ubi copia horum hominum soleat adesse idque præsumatur: Tutori igitur injungendam esse probationem, copiam sc. non adfuisse, & diligentiorum vel peritiorum, omni adhibitâ diligentia, non fuisse inveniendum, vel explorandum. In eo casu putarunt periti hac de re Consulti, tutori haud imponendum esse probationis onus, sed ei, qui olim pupillus erat, nuncque actor, *tum*, quod actori in dubio probandi onus incumbat, tanquam se in affirmativa (quod nimirum diligentiores homines inveniri potuissent) fundantis: *arg. c. quod autem. 2. & seq. 6. q. 5. cap. un. X. ut Eccles. benef. Tum*, quod præsumtio maxime militet pro tutore præponente, quod in loco

loco quantumvis insignis mercaturæ non adsit copia Insti-
torum, quibus de facili hæc negotia committi possent:
quare, quod ex necessitate hunc, quem invenire potuit,
præposuerit, ei nihil imputandum, per ea quæ tradit
Bartol. in l. idem querit. ff. pro socio. quam doctrinam ipse
dicit esse notandam tanquam singularem & novam: eum-
que sequitur Fulgos. ibi. & Aretin. Cons. 16. num. 5. Rimin.
Senior. cons. 201. n. 25. lib. 1. & egregie fere in terminis no-
stri casus Hierony: Magonius JC. Ital. 1. decis. Florentin.
n. 50. § 51. ubi dicit: *debet probari, in hoc loco, quantum-
cunque insigni, quòd adesset copia Institorum, quibus de facili
hæc negotia committi possent, alias, cum eorum copia non præ-
sumatur, nihil imputandum tutori.*

§. XXI.

De Principibus, Comitibus, aliisque Personis Illu-
stribus, ut & Nobilibus anceps est quæstio, an salva digni-
tate mercaturam & negotiationem exercere per institores
& factores præpositos possint. Et quidem illos posse in
hoc vel illo Emporio habere suos certos ministros & ho-
mines, qui ad aulam & necessariam Principis suorumque
sustentationem &c. pertinentia emere & transmittere
possint & debeant, (qui etiam late dicuntur Fürstl. oder
Gräfl. Factoren /) de eo nullum puto esse dubium, nec
de his nobis in præsentiarum sermo est, sed de Factoribus
& Institoribus, qui certæ negotiationi sunt præpositi ad
emendum vendendumque ad Domini negotiationis præ-
primis utilitatem, prout de iisdem hætenus late tractavi:
Sunt igitur qui negant, sunt etiam, qui affirmant: pro Ne-
gativa sententia adducitur (1) l. 3. C. de Comm. & Merc.
Junct. l. unic. C. de perfect. dign. lib. 12. Ex quibus textibus
conantur probare, mercaturæ exercitium omnibus omni-

no Nobilibus ac Principibus esse denegatum (2) quod mercatura obducat nebulam nobilitatis splendori, quia virtuti sit inimica & variam homini præbeat peccandi occasionem ob vanum lucrum. (3) adducunt Henr. Aucupis Constitut. Ann. 938. in Leg. Torneamentorum art. 11. Daß welcher vom Adel durch Kauffmanschaft sich nehre soll in thurnier nicht zugelassen werden. Goldast. in Reichsſagungen p. 1. p. 8. Huc pertinet, quod etiam de Sigismundo Reg. Poloniae referunt, qui nonnullis Nobilibus Jus negotiandi petentibus respondit: *Oportet me in Regno habere triplex hominum genus; Rusticos, mercatores, ac nobiles:* & ita distinctionem fecisse dicunt inter mercatores ac nobiles, ut hi se haud mercatorum negotiis implicare audeant, sed patriæ defendendæ causa arma suscipere cogantur. (4) Afferunt exempla Thebanorum, qui neminem ad Reipublicæ honorem suscipiendum idoneum habuerunt, nisi qui per decem annos à mercatura destitissent: Arist. 3. Pol. 3. & lib. 5. cap. 8. Eandem etiam ob causam Romæ quæstum omnem patribus indecorum visum fuisse testatur Livius lib. 21.

§. XX.

Verùm hisce ac similibus non obstantibus contrarium verius esse, & Principem, Comitem, ac nobilem salva nobilitate dominum negotiationis esse, ac præponere Factores posse puto. Certe ipse Philosophus 4. Politic. 3. se junxit mercaturam à vilibus & sordidis artibus. Videmus etiam, clarissimos prudentissimosque Viros olim mercaturam exercuisse; Sic Cicero ad Brutum: *Solon, qui & sapiens unus fuit ex septem, & legum scriptor solus ex septem, cum esset admodum juvenis, & ejus pater ad beneficentiam prodensus, patrimonium imminuisset, ad mercaturam*

D

se

se contulit. Plutarch. *in vita Solon.* Taletem quoque ipsum mercaturam excercuisse tradit Aristoteles *1. Pol. cap. 7.* Imo & Imperatorum Romanorum exempla in promptu sunt: adduxisse sufficiat Vespasianum Augustum, qui, teste Sveronio, non ante Imperium solum ad manganicos quaestus sustinendæ dignitatis causa descendit, sed & adepto imperio negotiationes alias propalam exercuit, quædam emendo ut pluris distraheret. Non quidē cum hanc quaenam affirmo, mea sententia eò tendit ut ipsos Nobiles ac Principes mercatores esse velim; sed de eo mihi sermo est, an tales negotiationes præprimis celebres magnasque, per Institores gerere possint. Testantur Sacræ Literæ Salomonem Israelit. Regem omnibus sapientissimum per factores tales excercuisse. Testantur idem de Crasso ut & Pertinace Imperatore Autores, de quo ultimo notanter Jul. Capitol. scribit, quod mercaturas non aliter ac privatus per homines suos excercuerit: Et quis nescit, quales mercaturas nobiles Venetarum, Genuensium, ac Florentinorū imo quoque Lusitan. Reges, & ipsi & per suos excercuerint, & adhuc exerceant? Constans igitur dissentientium aliàs & putantium, per mercaturam derogare nobilitati, est opinio, posse eam excerceri etiam à Nobilibus, si mos regionis tale quid probet; aut necessitas loci, in quo nulli fere alii reditus, nisi ex mercatura, haberi possint, hoc permittat; aut si ea per alios institores & factores exerceatur. Vid. latè And. Tyraquell. *de nobilitat. c. 33. per totum § 19. 21. 22.* ibique relati: Sic & B. Carpzov. cum propter sanctionem Jur. Civ. putet commerciorum exercitium nobilibus prohibitum esse, hocque in specie ad Jus coquendi cerevisiam extendat, idem tamē salva nobilitate hoc ipsum nobilibus concedit, si sint in præscriptione, ut latè tradit *1. Respons. 37. per totum.*

Ideoque firma manet hæc sententia affirmativa: nec obstant rationes negantium; nam quod attinet primam, intelligitur l. 3. ratione abusus, & de eo casu quando scilicet se per totum mercaturæ offerunt, ita enim perniciosum urbibus, ac facilius inter plebeios quam nobiles est emendi vendendique commercium. *Lex autem univ.* intelligenda est de sordida mercatura, quæ maxime impedimento erat ad acquirendam sibi dignitatem perfectionatus. Ad secundum Resp. Quod obducatur nebulam, non per se sed per accidens, nec ita est virtuti inimica, quia secundum justitiam commercium exercere est honestum quid: bene hac de re laud. Tyraqu. *in mercatura laudibus* inquit: *Nullum affert præjudicium de mercatorum vitiis dictum: non enim artis sunt ista sed hominum, ut docet August. nec enim ars quicquã habet cum his commune, sed longe distat à fraude & mendaciis & c. d. c. 33. n. 19. Ad 3. & 4. Resp.* Disting. inter mercaturam tenuem & copiosam: de priori intelligitur illud constitutum Henr. Auc. non vero de posteriori, quia per hanc splendori suo nobilitatem inducere Ecclesiam inficias eo: *argum. l. 5. §. 2. ff. de Jur. Immun.* Porro nobis hic sermonem esse de exercitio mercaturæ in loco vel Civitate, ubi etiam talis mos est, aut si non per ipsos nobiles sed per alios factores & institores ea exercentur, jam supra dictum fuit.

§. XXIV.

De Objecto & Subject. egimus: nunc quoque de *Forma*; quæ consistit in legitima præpositione negotiationis terrestris, consensu utriusque, tam præponentis, quam præpositi, factâ; conf. supra dicta ad §. 3. *seqq.* Et quoniam ex voluntate Domini negotiationis multa adjici solent &

possunt circa hanc negotiationem perducendam, & quæ ipsi factori in hoc officio observanda; etiam hæc quodammodo ad formam pertinent, & hinc est, quod inculcant Doctores, fines & limites ipsius mandati s. formæ præscriptæ non minus diligenter custodire debere Factorem, quam aliàs tenetur Procurator *l. 5. Mand. l. 12. C. §. 8. Inst. eod. tit.* Et quemadmodum, v. g. Tutor, formam præscriptam administrationi non observans, tutor non est; & mandatarius formam mandati excedens Procurator non intelligitur; Vid. *l. 5. pr. §. 2. l. 33. ff. Mand.* nec etiã contrahens cum tali mandatario ullam in mandantem sibi obligationem acquirit, sed potius, si forsan hic vendat, res seu merx libere vindicatur à Domino: *d. l. 5. §. 3. §. 4. ff. Mand. l. 12. C. eod. l. 1. §. 3. ff. de except. rei vend. conf. late Mey. ad tit. ff. Mand. pass.* Ita quoq; præponens ex contractibus Institoris extra præpositionis formam gestis, actione institoria conveniri nequit, sed institor in hoc non videtur institor. Wesenb. *π. de inst. act. n. 3.* ibique Henr. Hahn. Sed quid juris, si Dominus ab initio dederit liberrimum mandatum Factori, postea cum eo ita contrahi prohibeat, deinde rursum permittat, quasi continuam variationem? Videtur omnino prima facie dicendum, diligenter observanda esse tempora permissionis & prohibitionis, ut ibi obligetur Dominus, hic non obligetur, ceu formam s. conditionem (ut loquuntur leges) non observatam: Unusquisq; enim rerum suarum moderator est ac arbiter, potestq; in rebus suis pro arbitrio mutare voluntatem: *l. 21. C. Mand. l. 2. ff. si à parent. qu. manum. sit.* Verum contrarium respondet verius esse Jct. in *L. sed si pupillus in §. conditio. 5. ff. de inst. act.* ubi ait: *Danda est omnibus, ita contrahentibus, tam permissionis quam prohibitionis tempore, adversus eum Dominum præponentem talem Institorem, & ita illicite quasi continue variantem,*

tem, actio; neque enim decipi debent contrahentes: ad quam l. 11. §. 5. vers. sed si alias bene A. Faber. in Rat. ita. Continua hac variatio & inconstantia, præterquam quod laudanda nunquam est (l. 27. de procurat.) periculosa quoque esse potest & factura facile, ut plerique cum institore contrahuri in captionem incidant, ignorantes quanam hodie sit voluntas Domini, quamvis non ignorent, quanam fuerit antea: ob eam melius est puniri variationem hanc, quam tolerari, ut fraudi sit contrahentibus, qui decipi certè non debent, & quibus imputari nihil potest, cum tamen imputari possit Domino, cur tam sepe variaverit.

§. XXV.

Ex dictis facile constat, quid respondendum sit ad quaestionem: Quosnam contractus celebrare, ad Institorem ac Factorem pertineat? suspiciendam esse scilicet hanc Formam & præscriptam conditionem tractandæ continuandæ negotiationis; Sic præprimis quod Mutuum attinet, generaliter placet distinguere cum Dd. ad L. 1. C. d. inst. act. Aut quis præponitur soli mutuo accipiendo; hoc casu vere institor non est, nec etiam datur institoria actio directa, sed ad ejusdem exemplum utilis actio. l. 5. C. eod. l. penult. ff. eod. ratio est, quia mutuum accipere propriè non est negotiari arg. l. unic. C. negot. ne militent. Aut Dominus præposuit quem certæ negotiationi, de quo casu hic agimus; idque vel cum expressione ut possit contrahere mutuum; quo casu nullum dubium est posse, ex Domini scilicet voluntate & speciali mandato seu forma præscripta: d. l. 1. ibi, etiam ut id faceret, probetur. Cod. de inst. & exerc. action. Vel etiam præposuit sine tali expressione, aut cum libera vel liberrima potestate, & administrandi facultate: tunc omnino mutuum accipere potest, & Chi-

rographo suo obligat Dominum, cum talis libera concessa facultas operetur omnia ea, quæ alias requirunt speciale mandatum, excepta modo donandi, dilapidandique, ut & delinquendi facultate. Alexand. & alii plures relati à Stephan. Gratian. *Disceptation. Forens. Tom. 4. c. 750. n. 5.* ubi late. *Vel* præposuit sine tali expressione & absque liberæ facultatis clausula, in consequentiam tamen & tacite data est mutuam accipiendi potestas: v. gr. Bibliopola Francofurtensis præposuit Jenæ Factorem, & iussit aliquem autorem per typographos sumptibus suis, typis excudere; deest hic quidam clausula cum libera, deest quoque expressio mandati de mutuo accipiendo: attamen in consequentiam datum censetur, ut mutuum accipiat, quo solvere possit Typographo mercedem, ceu sine qua solutione & mutuo non possit perfici, quod de editione nova Autoris mandavit ac voluit Dominus. Non enim ea possunt tantum facere Institores, quorum in ipsa præpositione expresse facta est mentio, verum etiam quæ ad illorum executionem pertinent. *arg. l. 59. l. 62. ff. de procurat. Rota Genuens. Decis. 14. n. 91.* Regulare enim est, ut qui vult consequens, necesse sit, ut antecedens quoque velit *l. 2. de iurisd. adde exempla in l. 5. §. 13. seqq. d. t. l. 7. ff. de exercit. act. Maur. Conf. Cbilon. 1. con. 27. n. 7. 8. Conf. P. Surd. dec. 156. n. 1. p. m. 397. ibique rel. Vel* nec expresse nec in consequentiam data est hæc facultas, nec a^ràs liberam potestatem contrahendi habet Factor; tunc omnino non obligabitur Dominus, cum extra hanc formam præpositionis contrahat institor, sicque nec obliget Dominum, ac consequenter nec ex contractu isto oriatur actio. *L. 5. §. 11. l. 11. §. 5. ff. de inst. act. l. 3. C. eod. Wesenb. π. de inst. act. n. 3. David. Mevi. ad Jus Lubec. 3. tit. 6.* Et formam hanc

non

non observare, limitesque mandati excedere dicitur Factor non solum si contra, sed & si præter legem præpositionis contrahat. Maurit. post alios *d. cons. 27. n. 26. vers. si non contra.* De onere autem probandi, cui incumbat, Vid. Paci. *ad L. 1. C. d. t. n. 11.*

§. XXVI.

Sed quæ hæcenus proposita sunt, desiderare adhuc aliquam limitationem & declarationem videntur. Quod enim dixi, Formam illam præscriptam esse maxime observandam, & si excedatur, Dominus, haud obligetur; non locum invenit, si Factor limites mandati excedendo conditionem Domini facit meliorem circa ipsum negotium, cui præpositus est. v. c. merces minoris emendo, vel majoris vendendo *l. 5. §. 5. ff. mand.* Intentioni enim mandantis censetur esse consentaneum, utpote qui quæstus ergo præposuit Institorem, idque quod sic fecit, omnino voluisse censetur *L. 16. ff. de inst. act.* propter generalem & tritam illam Doctorum Regulam: quæ negotio aliquo ex natura sua insunt, pro cautis & expressis habentur *l. 3. ff. de R. 7.* Porro si postea ratum habeat Dominus, omnino tum, quamvis ex alia causa, obligabitur, de quo jam supra dictum. Multum quoque hic, etiam in aliis casibus & qualitatibus causarum occurrentium, valere præsumptam Domini præponentis mentem & voluntatem, præter hæcenus prolata, inde quoque constat, quod, quamvis Dominus varias negotiationes exercens uni vel alteri specialiter Factorem præponat cum ea expressione, ut ab aliis abstineat; si tamen postea patiatur istum etiam alteri præesse, ex illa patientia consensus & voluntas Domini satis constabit, & eò ipsò Dominus mutatâ voluntate eum præposuisse, novamque legem præpositioni dixisse

cen-

cenſetur. Conf. ſupr. relat. Gratian. 4. Diſc. Forenſ. c. 677. n. 24. 26. Tandem ſi vertatur in utilitatem Domini e. g. mutuam contra legem præpoſitionis acceptum, quovis modo, obligabitur quoque Dominus præponens, ſed & hoc ex alio capite. Conf. de hac verſione in rem & utilit. Domini & an ſemper in mutuo à factore accepto requiratur. Dd. ad l. 5. ff. d. t. & Surd. d. deciſ. 156. p. tot. p. m. 397. Cæterum, an Factor ſeu Inſtitor creditum alterius alteri poſſit adſcribere? quæſtio non ignobilis eſt, de qua videri poſteſt Klok. 2. Conf. 50. n. 51. ſeq.

§. XXVII.

Hæc de forma & conditione in præpoſitione præſcripta: Quid autem ſi nulla extet præſcripta, v. gr. quando quis absolute præpoſitus, quænam tunc cenſenda forma, vel, in quo tunc conſiſtit officium Factoris? Puto hoc caſu liberum habere mandatum, & omnia expedire poſſe ac debere facere Factorem, quæ in loco illius mercaturæ, cui præpoſitus eſt, in ſimili debent fieri vel omitti: ſi enim aliter voluiſſet Dominus, debuiſſet legem præpoſitioni expreſſius & clariuſ dicere *L. veteribus 39. ff. de pact.* ibique Dd. *L. Labeo 21. ff. de contrab. empt.* Weſenbec. *π. de ſponſ. n. 3.* Vultej. *conf. Marp. 33. n. 52.* Quod ſi obſervantia Regionis aut loci obſtet & contrarium ſuadeat, ea omnino & quidem ante omnia attenda erit. *arg. l. 34. ff. de R. J.* Vid. Cravett. *conf. 206. n. 14.* Zepp. *Cyn. Legal. cap. 41. per tot.* In ſpecie autem in omnibus talis absolute præpoſitus Factor actiones ſuas eo dirigat neceſſe eſt, ut commoda Domini juvet ac promoveat, ne contrarium faciendo finis hujus negotii non obtineatur, ad quem tamen media diriguntur: Conf. *l. 1. l. 16. ff. de inſt. act.* nec etiam in ſolita, quæ alias non conſueverit Dominus agere,
Fa-

Factoris est, hinc si forsan novas & insolitas negotiationes à prioribus incipit gerere, si quod damnum inde emergit, institorem merito sequitur, quamvis si lucrum, ad Dominum pertineat. *l. 11. de negot. gest. add. l. 3. § 3. de in rem vers.*

§. XXXVIII.

Hactenus de forma. Ad finem nunc transeo: hic quinam sit, ex supra dictis & jam initio adducta descriptione facile constabit; nimirum proximus finis est quæstus & utilitas Domini præponentis; arg. *l. 1. l. 10. ff. de inst. act.* nec tamen etiam excludimus hic commodum præpositi Factoris, cujus utilitas movet etiam eum, ut patiat se præponi, si nempe certum salarium aut mercedem promittat Dominus, quando sc. mediante Locatione operarum hoc peragitur negotium: si vero subest societas inter Factorem & Dominum negotiationis, (quod esse ac fieri posse supra probavi) eo magis hæc vera sunt, cum non sit ignoti juris, quod societas creetur lucri & quæstus gratia: Contrahentes enim ita de societate dum consentiunt, habere intentionem ad lucrum seu quæstum censentur *l. 7. l. 8. l. 12. l. 13. l. 30. § pass. ff. pro socio* ibique Doctor. & inter hos Meyer. *Collegio Argent. Tit. pro socio. tb. XI.* Sunt quoque & dantur hujus rei plures fines, cum tamen intermedii potius sint, de illis longius agere instituti mei, ac, quæ cordi est, brevitatis ratio non permittit.

§. XXIX.

De *Effectu* paucis: Primarius est obligatio ex hoc negotio & contractu fluens; Varia hæc est, prout variae sunt personæ hic occurrentes, vel cum quibus hoc negotium expeditur: nempe Dominus præponens, Factor & institor præpositus, ac contrahentes cum factore sive insti-



tore præposito. Agendum igitur 1. de obligatione inter dominum & Institorem, & quidem quomodo præponens ille factori sit obligatus, & institor rursus Domino, quâque actione alter alterum possit convenire. 2. de obligat: inter hos qui contrahunt cum Institore; & Dominum præponentem. Et 3. de obligat. inter contrahentes cum institore & ipsum institorem.

§. XXX.

Quod igitur I. attinet obligationem inter Dominum præponentem & Institorem præpositum; hic factor habet dominum sibi obligatum præprimis ratione mercedis, sive si honoratior est, Salarii, si nempe subsit locatio operarum. Obligatio enim locantis operas eo tendit, ut solvat mercedem. Vid. *l. 13. §. 10. l. 25. §. 6.* Adde *l. 30. §. pen. locat.* Laud. D. Struv: *Exerc. 24. tb. 21.* Quod si subsit societas obligatur Dominus ex lege societatis ad lucra communicanda cum factore tanquam cum socio: *l. 52. §. 2. pro socio*: possunt huc applicari quodammodo ea quæ late tradit Dn. Struvius, de Sociis, ubi alter pecuniam alter operas confert, *Exerc. 22. tb. 33.* & passim ibidem; Ad quem brev. studio B.L. remitto. Et quoniam factor reddere rationem tenetur, ut paulo post sumus visuri; obstrictus est dominus, iis redditis ac justificatis, quietare factorem, confer. *l. 12. ff. de Liber. leg.* Escobard. *de ratio. 1. c. 30. per tot.* ut scil. securus sit factor, ne amplius quid hoc nomine ab ipso exigatur; hæc enim subsequatâ quietatione regulariter ad rationes iterum reddendas non tenetur. Berlich. *2. conel. 12. n. 44.* Add. tamen Carpzov. *lib. 5. Resp. Elect. 69. n. 15. & seqq.* Escobar. *1. c. 14. n. 6.* Balthasar. *resol. 8. n. 17. & passim.* Si quoque institor de proprio quid impendit, juste ejusdem repetitionem urget, & ad id obligatum do-

dominum habet: Imo non solum ad has impensas erogatus, verum etiam usuras refundendas item, ad damna, si quæ exerciti negotii occasione passus est factor, refarcienda, Dominus tenetur. *l. 12. §. 9. ff. l. 1. C. mand. l. 38. §. 1. & passim pro socio. l. 19. l. 55. §. 1. l. 60. §. 4. & 8. locat. l. 25. l. 27. ff. & l. 18. C. de negot. gest. l. 27. de usur.* Et in genere obligatur dominus, ut indemnem servet factorem suum, nec immerito, cum jura non patiantur, ut cuilibet officium suum damnosum sit. *l. 7. ff. quemadm. test. aper. Elbert. Leonin. conf. 84. n. 7.* Porro rursus e contrario Institor domino obligatus est ad executionem ejus quod suscipit, ac operarum suarum promissarum præstationem. *passim toto tit. ff. C. loc. ibique Doct. alias tenetur ad interesse. vid. Dn. Stuv. Exerc. 24. tb. 20. Concordant Statuta Hamburg. p. 2. tit. 12. art. 4. verb. Welcher von iemand eine Vollmacht oder Geld annimt/um Wahren oder Güter einzukaufen/ und denselben nicht nachkommt / der ist den Befehlgebern allen daher erwachsenen Schaden und interesse abzutragen verpflichtet.* Si subest societas, sicut ipse dominus secundum jam proposita ita quoque hic factor ut socius commoda communicare debet ex lege Societatis ejusque forma & conditione. *vid. tit. pro Soc.* Cumque factores administratores esse constet; hinc rationes tenentur reddere, ceu ad quod quilibet administrator rei alienæ obstrictus est, in tantum, ut neque audiatur, si Juramento suo velit earum omissionem probare. *Gratian. discept. for. 1. c. 71.* Ad quænam autem adstrictus sit is qui rationes reddere debeat, vid. apud B. Dn. Richt. *vol. 2. Conf. 33. n. 9. & mult. seq.* Harum autem nomine factor duplicis constringitur obligationis vinculo, uno dandi, altero faciendi. *Conf. qui de ration. scrips. Doct. & præprimis Escobar. Haëfer. Naurath. Domhaud. & c. Pertinet huc quod*

Factor teneatur præstare dolum : Dolus enim præstatur in omnibus contractibus, *l. 23. de R. J.* & quoniã factoris dolus nocet domino præponenti; *Maurit. 1. cons. 27. n. 7. 10.* (scilicet in negotiis commissis factoribus, non in delectis; ut supra ex *Grat. discept. 4. c. 750. n. 7.* retuli:) certè iniquum esset, non inde dari domino præponenti rursus actionem, contra Factorem dolosum, cùm nemo ex suo delicto meliorem conditionem suam facere possit, ne forsan quis doli sui præmium consequatur. *l. ita demum, 31. ff. de Arbitr.* A. Bero *cons. 196. n. 5. Volum 1.*; Nec minus obligatus est Factor præstare culpam, non latam solùm & levem, verùm etiam levissimam, ut jam supra monui, idque regulariter, præprimis si citra mandatum Domini agat negotia. *§. 1. Inst. de oblig. quæ ex contract. l. 24. C. de usur. d. l. 23. de R. J. A. Ungebaur. Exerc. Just. 12. quest. 8.* Non autem tenentur Factores, si principales transmiserint merces Factoribus suis, ut eas ad diem vendant, ac venditis jam iis, mercium emptores amissa fide, qua tempore contractus erant, decoxerint: *arg. l. in fin. ff. de Cond. & Demonstr. arg. l. 37. §. 1. ff. de Neg. gest.* Atque ita pro Factoribus, quibus merces ad vendendum sunt transmissæ, communiter ac sæpe sæpius in magnis emporiis pronunciat. Quod plenius etiam explicatur per cit. *Stat. Hamb. art. 7. verb.* **Würde einer auf empfangenen Befehl auf Zeit und Termin jemand Güter verkauffen / und die Käufer darnach in discredit gerathen ; so soll darnach der Befehlhaber nicht gefehret werden / wofern zu der Zeit als der Kauff geschehen die Käufer also bewand gewesen / daß ihnen auch andere fleißige Händler getrauet hätten.** Quænam autem ex hisce obligationibus tam domino contra factorem, quam factore-

factori contra dominum competant actiones, ex dictis facile liquet: Nempe pro renata mandati, pro socio, ex locato, utilis mandati vel negotiorum gestorum, vel etiam condictio causa dati: Confer. *sup. alleg. textus* & *alios præpr. l. 1. de Instit. act. l. 37. §. 1. de administr. tut. l. 1. §. 18. de Exerc. act. Junct. l. 11. §. 8. de Instit. act.* Tandem hic quæritur: an obligatio inter præponentem & factorem ita sit comparata, ut repellat alterum, v.g. factorem, ut in causa præponentis non possit ferre testimonium? Ad quam Resp. Neg. Nisi subit interesse & quasi propria ipsius factoris causa vid. late Alva. de Valasco *consule. 45. n. 4. seqq.*

§. XXXI.

Porro II. inter contrahentes cum Institore, & dominum præponentem obligatio intercedit: Et quidem; cum factum factoris in re sibi commissa sit factum Domini, & præponens de præposito facto teneatur in eo, ad quod præpositus est vel expressè vel tacitè, ut ex supra dictis & iis quæ tradit Grat. *discept. for. 4. c. 677. n. 24. & seqq.* liquet. Hinc consequitur, quod detur iis contrahentibus actio, nempe Institoria: de qua videri possunt Doctores *ad illum titulum ff. & C.* hæc enim latius ut deducantur, pagellæ hæc aut instituti mei ratio non admittit. Contra dominus etiam tales contrahentes potest convenire, est enim factor quasi procurator: Quamvis enim per liberam personam extraneam obligatio & actio nobis non acquiratur strictâ juris ratione inspectâ, secus tamen ex æquitate, ac in subsidium: & utilitatis causa receptum est, ut ratione contractus ab Institore & exercitore initi agere & conveniri possimus, vid. laud. Dn. Struv. *Exerc. 20. tb. 3. 4. & 5.*

Præterea etiam III. inter ipsum factorem, & cum ipso contrahentes nascitur obligatio. Et sic institor contrahentes durante officio ut institor potest convenire; de quo nullum puto esse dubium, nam ubi contractus ibi obligatio; Et obligationem matrem esse actionis, ex primis juris principiis notū est. Sed quid juris, si quid pro domino præponente factor de suo solvat contrahenti cum ipso intuitu negotiationis, cui est præpositus, quod postea autem à domino, forsan non solvendo existente accipere & impetrare nequit, ane datur regressus & condictio contra eum qui accepit istam pecuniam? Resp. N. cū contra proprium factum venire nequeat institor. vid. Dn. Struv. *Exerc. 20. tb. 39. ibique relat. text. & DD.* Contra factor quoque contrahentibus cum ipso obligatus est: Is enim civili actione directa ab his ex contractu conveniri omnino potest. *l. 7. §. 11. de Sct. Mac. juncta l. 1. §. 16. de exerc. act. Conf. l. 67. de proc.* Sed hīc, præprimis si praxin hodiernam spectemus, omnino necessaria est distinctio quam tradit cit. Dn. Struv. *d. l. tb. 29. ab init. add. Carpz. latè; 1. decisio. per tot. & 2. Constit. Elect. 20. de fin. 14. & ibi relati.*

§. XXXIII.

Restant adhuc contraria & quomodo dissolvatur hoc negotium; desinit autem quis esse factor morte naturali, quippe quæ omnia solvit: & sicuti in mandato ac societate, ita & hic certæ personæ industria videtur electa. *§. 20. Instit. de mand l. 27. §. 3. l. 57. ff. eodem. l. 4. §. 1. l. 59. l. 60. l. 63 §. 10. ff. pro Socio.* Morte autem præponentis non extingui officium factoris ex supra dictis constat, de qua re ejusque ratione vid. Elbert. Leon. *d. conf. 84. n. 9.* Salgato de Somoza *Labyr. Credit. p. 2. c. 9. n. 112.* Porro mutatio-

ne


ne status institoria quoque, expirat secundum Doctorum tradita. vid. Salgado *dict. tit. c. 28. n. 2. & seqq.* Wesenb. *in C. de Instit. action. n. 20.* Scaccia *de Comm. & Camb. §. 2. gloss. 5. n. 401. & seqq.* Aliis quoque modis desinit quis esse institor, præprimis autem ex voluntate præponentis, palam prohibentis cum isto amplius contrahere; de quo expresse Ulpianus *in l. 11. §. 2. ff. de instit. act.* ait. *De quo palam proscriptum fuerit, ne cum eo contrahatur; is præpositi loco, scilicet in futurum, non habetur.* Multum autem interest, an in totum, an in tantum prohibuerit dominus: Sed quid si in totum prohibuerit Dominus & tamen patiatur Factorem manere postea in taberna? Respondet Consultus, quod hic magis custodis loco sit quam Institoris: Ergo nec vendere mercem possit nec modicum quid ex taberna. *dict. l. 11. §. 6. de Instit. act.* ubi add. Anton Fab. *in Ration.* & hæc de præsentis materia pro ingenii viribus concinnasse sufficiant.

SOLI DEO GLORIA.

Quo

Adelle
P. R. E. S.
1744



 Uod si impiger mercator ultimam
Thulem

Excurrit usque, navigatus non raro
Indos ad extremos, subitque per laxa,
Ignes, pericla multa, ne fiet pauper.

Quid n̄ quis omnem literis litans volvat
Lapidem, sibi quo comparet, quod æternum
Ducat. Tibi Storck Doct̄e, colligis veros
Sapientiæ, scientiæque thesauros
Capitis labore, diligentia multa.

Imque f.

Petrus Müller / U. J. D. P. P.
Academ. Jenens. h. t. Rector.

Vina parent alii, aut veneris malefvada se-
quantur

Castra, litentve foco digna, Vacuna, tuo.
Optatam studiis properas contingere metam,
STORKI, age, contingis: Duxque scopusque
DEUS.

*Optimæ spei Juveni auditori & amico
suo auguratur*

Jo. Schilter.

Si meruit juris claros prudentia fasces,
In trepidos stringes verba diserta reos.
Robora nunc monstras animi, mens docta re-
fulget,
Et sistis studii pignora pulchra tui.

ital. m. q.
PRÆSES.
Adesse

Nobilissimo ac Florentissimo Viro Juveni
DN. HENRICO STORKIO,

Fautori atque Amico meo æstimatissimo

Sal. Plur.

EXerces Divæ Themidos commercia STORKI;
Te manet hinc lucrum, Gloria, Fama, Decus.

gratulabundus omnino

ADRIANUS BEIERUS, D. Cam. Duc.

Saxo-Jen. Procur. Illustris Regim. & Curia

Prov. Adv. & Senatui oppidano à Consiliis.

ADesse ver prænuñciat CICONIA,

Si quando nos revisit & nidos suos.

Oditque serpentum genus serpentibus

Pejus, coaxantesque ranarum sonos.

Exurge docta perpolita CICONIA.

Nostris Camænis *ver redit, ver aureum.*

Ostende nil habere te COMMERCII

Cum his quibus solenne nugas vendere

Et obstrepere, *coaxq;* jugiter suum

Iterare, alereque sub venena pectore

Sic gratus ipse Pindus erit CICONIÆ.

*Nobil. Dn. Autori Amico suo honoratissimo Auditori
industrio hac appon. Solut*

Johannes Bernhardus Griesse/ Phil.

& U. J. D. necnon Præf. Jen.

CUr luci exponam, cum jam sat luce coruscet,

Et meriti & Studii fervor honorque tuus.

Juris utrumque Tibi volupe est evolvere corpus;

Nec Sophiæ cessas vivere & esse decus

Mox utriusque feres fulgentem, crede coronam,

Quâ Tibi quâque Tuis Splendidus esse queas.

*Hisce Eximio & Politissimo Disputanti, Dn. HEN-
RICO STORKIO, Auditori suo olim per in du-
strio & Amico singulariter colendo affectum suum
conestatur*

DANIEL BUTTNERUS, J. U.

Licent. & Prof. Public,

P

Ardua

ARdua qui Sophies didicisti momina, **STOR KI,**
Impiger Astrææ volvere scita soles.
Maçte tuis ausis! erit hinc tibi fama perennans,
Natalique solo lætus honore clues.

*Nob. Dn. Autori Commensali suo longe
carissimo gratul. app.*

Dn. D. Frisii, Commensales.

SA/wo der Krieges-Gott mit seinem Anhang sieg't/
Da muß die Rauffmanschaft in schweren Fässeln gehen;
Denn wie kan dieser wohl/der stets zu Felde lieg't
Zu Hauß und in dem Krahm/und bey den Wahren stehen
Ich lobe dich/ mein Freund/Mars wüthe wie Er kan/
Er such/mit Haut und Haar/ Mercur dich zu verschlingen
Zieh' ein Gradiv die Pfeiff/hier findstu deinen Mann
Der Durch sein Werck uns will den Handel wieder bringen.

*Seine Inclination und Dienstschuldige Pflicht
zu bezeugen setzte dieses dem An-
thori zu Ehren*

Id. Eibsen, Bremens. LL.St.

FLexiloquis dictis dum tu commercia tractas,
Mercedem laudis foenoris instar habes.
In mercatura hac si sic perrexeris, ipsa
Majora excrescent foenora sorte tibi.

*Nobilissimo Dn. Autori, amico suo integerrimo,
studiorum commercia strenue tractanti,
his gratulatur*

J. R. Fehr. Berlinens. March.

DUm patris officio gaudes, plaudentibus astris,
En patri & patriæ gratum opus ipse facis.
FACTORIS titulum, nomenque, negotia & inde
Splendida, quæ veniunt, munera rite doces.
Gratulor his Studiis; nam vertice sidera tanges
Et spartæ egregiæ **FACTOR** amicus eris.
Annuat his votis Numen; tunc magnus Apollo,
Et rauci vives fama secunda fori.

Dies

Die ist des Fleißes Prob / darnach mit Ruhm getrachtet
Herr Vetter / Euer Müß wird nunmehr wehrt geachtet.
Ihr habt den Anfang fast verknüpft mit dem End'
hiezü hat Pallas Euch geliehet Ihre Händ'

Apollo war bey Euch gering vor zweyen Zeiten /
Man muß er rühmlich Euch mit seiner Schaar begleiten /
Nach den berühmten Stuel / den Ihr ikund staffiert /
Gott geb' daß Ihr nimmer die Weißheit Ehr verliert.

Dieses dem Autori zu Ehren setzet aus Vetterlicher Pflicht

Ernestus Herm. Wippermann, Westph.

Was Frankreichs Zunge spricht / und Stagirit gelehrt /
Was uns Justinian in den Gesetzen giebet /
Das macht / daß / Werthester / die kluge Welt Ihn liebet /
Und den gelehrten Fleiß in dieser Schrift verehrt.
Die Themis wird auch bald sein Lob zum Sternen schreiben :
Glück zu ! der Himmel laß es ewiglich bekleiben.

Mit diesen wenig Zeilen wolte seine Schuldigkeit
glückwünschend ablegen

Martin Schirmer.

Dum mercatorum pertractas Jura, beatus
Filius es Themidis, quæ sua dona dabit.

*Sic Nob. Dn. Autori & Respond. amico per-
dilecto accinere voluit*

Joh. Fürstenau, Westph. LL. St.

Cum felix scandis, descendis pulpita Jenæ,
Crede mihi Musæ munera magna dabunt.

*Nobilissimo Dn. Autori Respond. amico suo
certissimo paucula hæc gratulans ad-
jicere voluit, debuit*

Eberh. Christian. Spöring.

L.L. Stud.

Monsieur

Monsieur

J'ay souvent admiré tous les beaux progrès, que vous avez fait dans les sciences les plus relevées, mais vos theses m'en ont donné des nouvelles marques si convaincantes, qu'il faut que je confesse, que la nature a pris plaisir à vous distribuer avec prodigalité, ce qu'elle ne donne aux autres, qu'avec retenüe; Je veux dire ce grand nombre des belles qualites, que vous possedes dans un si supreme degré, qu'il est impossible de les assez bien admirer: Et d'effet ou sont s'il vous plait les jeunes gens, qui vous valent? ou peut on trouver à vótre aáge un esprit si brillant, & si bien fait tant de lumieres, tant d'acquis, & en un mot tant de merite; croyéz, que, si vos assiduites & la fortune secondent toujourns les belles dispositions, que vous avez aux grandes choses, nous aurons le plaisir de vous voir occuper un jour les premieres charges de vótre pays, & les remplir avec toute sorte d'Éclat. C'est ce que je demanderay toujourns au ciel par mes voeux, & vous prieray de croire, que je ne seray jamais content, que je n'aye trouvé l'occasion de vous bien persuader, qu'il n'ya personne au monde, qui soit avec tant d'ardeur.


Monsieur

Vótre treshumble & tres affectionné
Serviteur & amy

De Lasplaces.







D.1 A 6539


ULB Halle
002 937 158


3



V.1 A







32. 57. 38

33

COELESTI SOSPITANTE NUTU,
INDULTU ATQVE AUTHORITY

*Illustris in inclyta Salana Academia
Jctorum Ordinis,*

SUB PRÆSIDIO

DN. HENRICI BALTHAS.
Roth/J.U.D. Confiliar. Saxonici & Schwarz-
burgici, Curia Provincialis, Scabinatus & Facultatis Ju-
ridicæ Assessoris Gravissimi, Pand. P.P. Celeberrimi,
*Dn. Mæcenatis, Promotoris ac Patroni jugi-
ter devenerandi,*

SPECIMEN HOC ACADEMICUM

De

COMMERCIIIS
INSTITORIIS

vulgò

Factorey oder Commission-Handlungen/

placide Doctorum disquisitioni

ad diem XIII. Maji Ann. clō Iōc LXXXII.

submitit

HENRICUS STORCK, Hamb.

A U T O R.

J E N Æ,

Literis N I S I A N I S.

33